



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

319. Pietas mulierum erga Iesvm defunctum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



D. N. IESV CHRISTI. 291

MEDITATIO CCCXVIII.

*De sepultura D. N. IESV Christi.*

**E**Rat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. *Ioan. 19. v. 41.*

I. Et posuit illud Ioseph in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. *Matth. 27. v. 60.*

III. Ibi ergo propter parasceven Iudaeorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt IESUM. *Ioan. 19. v. 42.* Et dies erat parasceves, & Sabbatum illucescebat. *Luc. 23. v. 54.*

MEDITATIO CCCXIX.

*Pietas mulierum erga IESVM defunctum.*

**S**ubsecutæ mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum. *Luc. 23. v. 55.* Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria (Maria Ioseph. *Marc. 15. v. 47.*) sedentes contra sepulchrum. *Matth. 27. v. 61.*

II. Et aspiciebant, ubi poneretur. *Marc.*



15. & 47. Et quemadmodum positum erat corpus ejus. *Luc. 23. & 55.*

III. Et revertentes paraverunt aromata, & unguenta: & Sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. *Luc. 23. & 56.*

## MEDITATIO CCCXX.

### *De custodia sepulchri.*

I. **A**Lterâ autem die, quæ est post parasceven, convenerunt principes Sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum, dicentes; Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne fortè veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit novissimus error peior prior. *Matth. 27. & 62. 63. 64.*

II. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. *Matth. 27. & 65.*

III. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus. *Matth. 27. & 66.*

## MEDITATIO CCCXXI.

*Milites sepulchri custodes pecuniâ corrupti, mentiuntur Christi rediisse corpus furto sublatum.*

I. Qui-